



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 Vtrum sit fila inanis gloriæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

absque intentione impugnandi veritatem tam formaliter quam virtualiter excusatur, si ueritas impugnetur in intentione: in ira in alio, si denigratio fame, si damnum intellectus, inimicitia &c. consequatur.

trariatur praecepto Apostoli qui dicitur ad Tim. 2. Noli uerbis contendere. & Galat. 5. Contentio numeratur inter opera carnis, quae qui agunt, regnum Dei non possunt debent, ut ibidem dicitur: sed omne quod excludit a regno Dei, & quod contrariatur praecepto, est peccatum mortale. ergo contentio est peccatum mortale.

RESPON. Dicendum, quod contendere est contra aliquid tendere. Vnde sicut discordia contrarietatem quandam importat

in voluntate: ita contentio contrarietatem quandam importat in locutione. Et propter hoc etiam cum oratio alicuius per contrariale diffundit, vocatur contentio, quae ponitur vnus color rethoricus a Tullio * qui dicit. Contentio est, cum ex contrariis rebz oratio efficitur, hoc pacto. Habet affectu, id est, adulatione, iucunda principia, eadem exitus amarissimos affert. Contrarietas autem locutionis potest attendi dupliciter. Vno modo quantum ad intentionem contententis: alio modo, quantum ad modum. In intentione quidem considerandum est, utrum aliquis contrarietur ueritati, quod est uituperabile: vel falsitati, quod est laudabile. In modo autem considerandum est, utrum talis modus contrariandi conueniat & personis, & negocijs, quia hoc est laudabile, (unde Tullius dicit in 2. Rhetor. quod contentio est oratio alicuius ad confirmandum, & consultandum accommodata: vel excedat conuenientiam personarum & negotiorum, & sic contentio est uituperabilis. Si ergo accipiat contentio, secundum quod importat impugnationem ueritatis, & inordinatum modum, sic est peccatum mortale. Et hoc modo diffinit Ambrosius * contentionem dicens. Contentio est impugnatione ueritatis cum confidentia clamoris. Si autem contentio dicatur impugnatione falsitatis cum debito modo acrimoniae, sic contentio est laudabilis. Si autem accipiat contentio, secundum quod importat impugnationem falsitatis cum inordinato modo, sic potest esse peccatum ueniale: nisi forte tanta inordinatio fiat in contentendo, quod ex hoc generetur scandalum aliorum. Vnde Apostolus, cum dixisset 2. ad Timothee. 2. Noli uerbis contendere, subdit: Ad nihil enim utile est, nisi ad subuersionem audientium.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod in discipulis Christi non erat contentio cum intentione impugnandi ueritatem: quia unusquisque defendebat, quod sibi uerum uidebatur. Erat autem in eorum contentio ne inordinatio, quia contendebant, de quo non erat contendendum, scilicet de primatu honoris: non enim erant spirituales, sicut glossa * ibidem dicit: unde Dominus consequenter eos compefcuit.

AD SECUNDUM dicendum, quod illi qui ex contentione Christum praedicabant, reprehensibiles erant: quia quamuis non impugnarent ueritatem fidei, sed eam praedicarent, impugnabant tamen ueritatem quantum ad hoc, quod putabant se suscitare praesertim a Apostolo ueritatem fidei praedicati. Vnde Apostolus non gaudebat de eorum contentione, sed de fructu, qui ex hoc proueniebat, scilicet, quod Christus annuntiabatur, quia ex malis etiam occasionaliter subsiquuntur bona.

AD TERTIUM dicendum, quod secundum completam rationem contentionis, prout est peccatum

mortale, ille in iudicio contendit, qui impugnat ueritatem in iustitia: & in disputatione contendit, qui intendit impugnare ueritatem doctrinae. Et secundum hoc catholici non contendunt contra hereticos, sed potius conuerso. Si autem accipiat contentio in iudicio, uel disputatione secundum imperfectam rationem, scilicet secundum quod importat quandam acrimoniam locutionis, sic non semper est peccatum mortale.

AD QUARTUM dicendum, quod contentio ibi sumitur communiter pro disputatione. Dixerat enim Iob. 13. cap. Ad Omnipotentem loquar, & disputare cum Deo cupio. Non tamen intendens neque ueritatem impugnare, sed inquirere: neque circa hanc inquisitionem aliqua inordinationem uel animi, uel uocis uti.

ARTICVLVS II.

Utrum contentio sit filia inanis gloriae.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod contentio non sit filia inanis gloriae. Contentio enim affinitatem habet ad zelum. unde dicitur 1. ad Cor. 3. Cum sit inter uos zelus, & contentio, nonne carnales estis, & secundum homines ambulatis? zelus autem ad inuidiam pertinet. ergo contentio ex inuidia magis oritur.

2. Praet. Contentio cum clamore quodam est: sed clamor ex ira oritur, ut patet per Grego. 31. Moral. ergo & contentio oritur ex ira.

3. Praet. Inter alia, scientia uidetur esse materia superbiae, & inanis gloriae, secundum illud 1. ad Cor. 8. Scientia inflat: sed contentio plerumque pronenit ex defectu scientiae, per quam ueritas cognoscitur, non impugnat. ergo contentio non est filia inanis gloriae.

SED CONTRA est autoritas Grego. 31. Moral. RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, discordia est filia inanis gloriae, eo quod discordantium uterque in sensu proprio stat, & vnus alteri non acquiescit. Proprium autem superbiae est, & inanis gloriae propria excellentiam querere. Sicut autem discordantes aliqui sunt ex hoc, quod stant corde in propriis: ita contententes sunt aliqui ex hoc, quod vnusquisque uerbo id, quod sibi uidetur, defendit. Et ideo eadem ratione ponitur contentio filia inanis gloriae, sicut & discordia.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod contentio, sicut & discordia, habet affinitatem cum inuidia, quantum ad recessum eius, a quo aliquis discordat, uel ex quo contendit: sed quantum ad id, in quo sistit ille qui contendit, habet conuenientiam cum superbia & inani gloria, in quantum scilicet in proprio sensu statur, ut supra dictum est.

AD SECUNDUM dicendum, quod clamor affumitur in contentione, de qua loquimur, ad finem impugnandae ueritatis: unde non est principale in contentione. Et ideo non oportet, quod contentio ex eodem deriuetur, ex quo deriuatur clamor.

AD TERTIUM dicendum, quod superbia, & inanis gloria occasionem sumunt praecipue a bonis etiam sibi contrarijs, puta, cum de humilitate aliquis superbit. Est enim huiusmodi deriuatio non per se, sed per accidens, secundum quem modum nihil prohibet contrarium a contrario oriri. Et ideo nihil prohibet ea, quae ex superbia, uel inani gloria per se & directe oriuntur, causari ex contrarijs eorum, ex quibus occasionaliter superbia oritur.

Infra q. 135. ar. 5. Et ma. q. 9. artic. 3. cor. & ad 4.

Lib. 38. cap. 31. a medio.

Lib. 31. ca. 3. q. praec. ar. 2.

Super Questionis tri
gestimae Articuli
primi.

QVAESTIO XXXIX.

De schismate, in quatuor articu-
los diuisa.

IN corpore primi
articuli quaest. 39.
tria simul dubia oc-
currunt. Primum est,
in quo consistit vni-
tas Ecclesiae, cui op-
ponitur schisma. Se-
cundum verò, quo-
modo vnitas est a
charitate, ut litera di-
cit. Tertium autem,
quomodo schisma
opponitur illi vnita-
ti. Et primi quidem
dubij in quo scilicet
constat vnitas Eccle-
siae, cui opponitur
schisma, ratio est:
quia cum vnitas se-
quatur ens, ois vnitas
oportet qd sit secu-
dum aliquod esse, &
omne tollens vnita-
tem tollat aliquod
esse. Constat autem
qd seclusio esse rela-
tuo membrorum Ec-
clesiae ad unū caput,
nullum esse appareat
commune membris
Ecclesiae inter se, sin-
dans vnitatem Ecce-
siae, quae tolli dicitur
per schisma. Nam esse
fidei, spei, sacra-
mentorum, & cultus
ita cum schismate.
Esse autem charitatis
indirecte qdem per
omne peccatum mor-
tale, directe autem
per explicitum ipsius
contemptum perditur.
Sed hoc non est
schismatis vitium.
Nam qui vult chari-
tatem nec in se, nec
in alio esse, non pro-
perea schismaticus
est.

4. dist. 13. q.
2. ar. 1. ad 2.

* habet 14.
q. 1. c. Schif-
ma, in prin.

lib. de Para-
ditio c. 8. pa-
ra ante me-
dium, to. 4.

lib. 20. c. 3.
in prin. l. 6.
Et cōt. Ere-
sionū gra.

lib. 8. cap. 3.
in medio.

¶ Secūdi verò du-
bij, quomodo vnita-
tas haec Ecclesiae sit a
charitate, ratio est: si
quia schisma tollit
illud esse, quod sine
charitate possidetur,
ut patet, cum aliqui
in peccato mortali
praexistētes sunt de
novo schismatici: tū
quia schismaticus est
qui renuit subesse Ro-
mano Pontifici. Hoc
autem non directe
charitatis, sed obedi-
entiae opponitur.
¶ Tertij autem du-
bij ratio est, quia cū
vnitas oppositorum
tollat reliquū, & vni-
tas Ecclesiae non sit
ab Ecclesia auferibilis,
sicut nec esse ip-
sius quantumcumque
sunt infinita schis-
mata, alioquin aut
possent esse plures
Ecclesiae, quam una,
aut possent desinere

DEINDE considerandum
est de vitiis oppositis
paci, pertinentibus ad
opus, quae sunt schisma,
rixa, seditio, & bellum.

PRIMO ergo circa schisma que-
runtur quatuor.

¶ Primo, Vtrum schisma sit spe-
ciale peccatum.

¶ Secundo, Vtrum sit grauius
infidelitate.

¶ Tertio, De potestate schismati-
corum.

¶ Quarto, De poena eorum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum schisma sit peccatum speciale.

AD PRIMVM sic proceditur.
Videtur, qd schisma non sit
peccatum speciale. Schisma. n. ut
Relagius * Papa dicit, scissuram
sonat: sed omne peccatum scissu-
ram quandam facit, secundum il-
lud Isa. 59. Peccata vstra diuiserunt
inter vos, & Deum vestrum. ergo
schisma non est spale peccatum.

¶ 2 Præt. Illi vñr esse schismatici,
qui Ecclesiae non obediunt: sed
p omne peccatū fit homo inobe-
diens preceptis Ecclesiae, quia pec-
catum fm * Amb. est celestium
inobedientia mandatorum. ergo
omne peccatum est schisma.

¶ 3 Præt. Heresis est diuidit hoīē
ab vnitate fidei. si ergo schismatis
nomen diuisionem importat, vñ
qd non differat a peccato infide-
litate, quasi speciale peccatum.

SED CONTRA est, quod Aug. *
contra Faustum distinguit inter
schisma, & haeresim, dicens, quod
schisma est eadē opinantem, atq;
eodē ritu colētē, quo ceteri, solo
cōgregationis delectari dissidio.

¶ Heresis vero diuersa opinatur ab
his q catholica credit Ecclesia. er-
go schisma non est gnale pñm.

RESPON. Dicendum, qd sicut
Isid. * dicit in lib. Etymo. Nomen
schismatis a scissura aīorum voca-
rum est: scissio aut vnitati oppo-
nitur. Vnde peccatum schismatis
dī, quod directe, & per se oppo-
nitur vnitati. Sicut. n. in rebus natu-
ralibus, id qd est per accidens, nō
constituit speciem: ita et nec in re-
bus moralibus in quibus id, qd
est intentum, est per se qd aut se-
quitur præt intentionem, est
quasi per accidens. Et ideo pecca-
tum ex eo, qd intendit se ab vnita-
te separare, quam charitas facit, qd

F non solum alteram personam al-
teri vñt spirituali dilectionis vin-
culo, sed et totam ecclesiam in vni-
tate spiritus. Et ideo proprie schis-
matici dicuntur, qui propria spē,
& intentione se ab vnitate Ec-
clesiae separāt, quae est vnitas prin-
cipalis. Nā vnitas particularis ali-
quorū adinuicem ordinatur ad
vnitatem ecclesiae, sicut compositio
singulorum membrorum in
corpore naturali ordinatur ad to-
tius corporis vnitatem. Ecclesiae
aut vnitas in duobus attenditur.
conuersione membrorum Ecce-
siae adinuicem, seu cōicatione. &
iterum in ordine omnium mem-
brorum ecclesiae ad unum caput.
fm illud ad Col. 2. Inflatu sentis
carnis suae, & non tenens caput,
ex quo totum corpus per nexus,
& cōiūctiones subministratum
& cōstructum crescit in augmen-
tum Dei. Hoc aut caput est ipse
Christus, cuius vicem in ecclesia
gerit summus Pontifex. Et ideo
schismatici dicuntur, qui subesse
renunt summo Pontifici, & qui
mēbris ecclesiae ei subiectis com-
municare recusant.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd
diuisio hominis a Deo per pecca-
tum non est intenta a peccante,
sed præt intentionem eius acci-
dit ex inordinata conuersione ip-
sius ad commutabile bonum: &
iō nō est schisma, p se loquendo.

AD SECVDVM dicendum, qd non
obedire preceptis cum rebellio-
ne quadam, constituit schismatis
rōnem. Dico aut cum rebellione,
cum & pertinaciter precepta Ec-
clesiae cōtemnit, & iudicium eius
subire recusat. Hoc autem non
facit quilibet peccator, vñdenon
omne peccatum est schisma.

AD TERTIVM dicendum, qd he-
resis, & schisma distinguunt fm
ea, quib. vtrumque per se, & dire-
cte opponit. Nā heresis p se oppo-
nit fidei, schisma aut per se oppo-
nit vnitati ecclesiastice charitatis.

Et ideo sicut fides, & charitas sūt
diuersae virtutes, quamuis quicū-
que caret fide, caret charitate: ita
et schisma, & haeresis sūt diuer-
sa vitia, quamuis quicumque est
hereticus, sit et schismaticus, sed
non cōuertitur. Et hoc est, quod
Hiero. dicit in epistola * ad Gala.
inter schisma, & haeresim hōc in-
teresse arbitror, qd heresis pene-
sum dogma hēt, schisma ab Ecce-
siae separāt. Et tñ sicut amissio cha-
ritatis est via ad amittendam fi-
dem, secundum illud 1 ad Timo.
1. A quibus quidam aberrantes. I.
a charitate, & alijs huiusmodi cō-
uersi sunt in vaniloquium: ita et